

LIBELLVS IOANNIS VERNERI  
Nurembergensis super viginti duobus ele-  
mentis Conicis,

DIFFINITIO PRIMA.



Onus est figura quæ fit quando rectanguli tri-  
anguli manente uno eorum quæ circa rectum  
sunt angulum latere circumductum tñ angulū  
in idem rursus vnde sumpserit exordium cirs-  
cumvoluitur. Et si manens recta linea æqua  
fuerit reliquæ, quæ circum rectum est angulū  
circumductæ orthogonius seu rectangulus erit conus. Si vero  
minor amblygonius seu obtusiangulus. Sin autem maior oxy-  
gonius seu acutiangulus. Aliter. Conus est figura quæ fit  
si a puncto aliquo ad circuli circumferentiam  
qui in eodem plano non est, & eidem puncto  
recta linea coniuncta vtrinq; porrecta & pun-  
cto manente citructa recta linea iuxta circuli  
circumferentiā, donec ad idem rursus conuer-  
tetur vnde ferri incepit. Descriptam itaq; a re-  
cta linea superficiem, quæ conficit ex binis su-  
perficiebus ad verticē inuicem positis quarū  
vtraq; augetur in infinitū descriptione rectæ  
ad vtramq; partē in infinitū productæ, Mathe-  
matici conicā vocat superficiē. Verticē vero  
ipsius eminens ibidē punctum. At axem, per  
punctum illud eminens & centrū circuli actā  
rectam lineam. Coni deniq; basim circulū illū.

DIFFINITIO SECUNDA

Axis coni est manens quædā recta linea, vtī in  
prima coni diffinitione, circa quā lineā rectam  
triangulum vertitur.

DIFFINITIO TERTIA

Basis coni est circulus, iuxta primā coni diffinitionem, sub cirs-  
a iii

